

CHRISTIANVS SECVN-  
DVS, DVX SAXONIAE ET ELECTOR.

ἀναγεγραμμέναις;

HEROS ES, VOX VNCTI SANCTA,  
EX DILECTIS VNA: DVRES!

**S**Urculus ut RVTÆ viridi de stirpe revulsus  
Emoritur, solidos qui jã contraxerat artus  
Fortior, & tutas terra promiserat umbras:  
Ingemuere sagax Mysus, gravis ore Thurin  
Saxoq; magnanimus: Verbis solatur amicis (gus,  
Quos Pietas, damnnum triplici dum fœnore pensat,  
Pullulet ut lapsa pridem de stemmate germen  
Tergeminum, quibus & jam prima propago beatos  
Spondeat & dignos proavito stipite fructus.

In risus abeunt prima lamenta que vella,  
Lata quibus saliunt alio precordia motu,  
Ensifer in patrios dum fasces mittitur heres,  
(Arbitrio cujus Iovis armiger aurea gestat  
Sceptra) dijs genitus, reliquos fulgore coruscus  
Imperij procures inter non ultimus augur.

Ergo pias ultro jactant ad sidera voces  
Vnanimes: CHRISTIANE potens, DVX inclite, salve,

Salva